

www.e-rara.ch

**Ephitalamivm Sive Applavsvs Genialis Quem In Nvptias Praenobilis,
Strenvi, Prvdentissimi Viri, Domini Iannis Iacobi a Staal Inclytae
Salodorensivm Reipvblicae Senatoris, Aedilis, Scholarchæ, &c. Et ...**

Barzaeus, Johannes

Brvntrvti, Anno Christiano M.DC.XXVIII

Zentralbibliothek Solothurn

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-134836>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

EPITHALAMJUM
SIVE
APPLAUSVS GENIALIS
Quem
IN NVPTIAS PRAE NOBILIS,
STRE NVI, PRVDENTISSI-
MI VIRI,
DOMINIO ANNIS IACOBI A STAAL
INCLYTAE SALODORENSIVM REIPUBLICAE
Senatoris, AEdilis, Scholarchæ, &c.
ET NOBILISSIMAE, GENERIS VIRTVTVMQVE
Splendore spectatissimæ Neonymphæ.
HELENÆ SCHENCKHIN A CASTELL

In obseruantia pignus, debiti Tesseram, L. M. D. D.

Ioannes Barzani Surseensis Helueticus, LL. AA. & Philos. Magister Gymnasij Salodorensis Collega.

ECTA Djs Regio, memorandis nota Triumphis
Patria, praestantum Genitrix sacunda virorum;
Et quassata licet, nullo tamen obruta fluctu
HELVE TIA, o quævis, quoties decorata Trophaeis!

Eia age, sume novos, ad patria gaudia, plausus,
Gaudia solennes, sine cade, habitura Triumphos.
Illa celebrata celeberrima gloria Terra,
Et decus HELVETICI, tellus SALODORIA, Regni,
Que toties clarosq; togâ, galeâq; potentes
Nutrit Procures toties & Fulmina belli
Protulit, & natos ferrog, forog, Nepotes,
Iam quos, iam patrijs profert de sedibus, vni
Cui tribuere sua caelestia Numina dotes,
Praestantem studijs, praestantem sanguine SPONSVM,
Sanguine, cui tribuit stirps antiquissima Nomen,
VOMSTALLVM multa decoratum laude IACOBVM,
Dicite IO procures, die Gens VOMSTALLA, Triumphet!

At vos pierides, Heliconia Numina, Musæ,
Pegaseum vobis per inertia membra liquorem
Fundite, ferte nouas praesenti Carmine vires.
Tuq; HYMENÆE faciens felicitibus annæ capris;
Annue conanti, grati proponere versu
Grandiseno dignum celebrari Carmine, dignum
Cuius Apollineo scribantur sacra Cothurno,
Insignem titulis, insignem sanguine SPONSVM.
Dicite IO procures, die Gens VOMSTALLA, Triumphet!

VRS est Helueticis, longè notissima, terra,
Vrs dudum Treutis, & prisca cognita Roma,
Felix flore virum SALODORYM nobile, cuius
Iam panem numeris nota est PRVDENTIA rebus:
Vrsi & Iuris amans, & iungenti pallada ALIUM.
Hic inter reliquas, quarum pars maxima stirps
Ante quadringentos (si Fastis credimus) annos
Floruit, & patria communes rexit habenas
Antiqua de stirpe genus, VOMSTALLA propago,
Religione potens, & ab alto sanguine patrum
Nomen habens nostris etiamnum nobile seclis.
Aurea progenies, illustribus inclyta factis.
Vnum illi studium patrias defendere leges,
Et feruare Lares, & publica commoda rerum,
Commoda diuine bene concordantia norme
Vnde memor meriti letissima patria multis
Hac de stirpe viris multos est vsa per annos,
Sive gerendarum fuerint discrimina rerum
Obuia, seu patrias spectantia iurgia terras.
Cumq; inter reliquos essent pars optima ciues,
Et virtus pariter, pariterq; scientia rerum
Iuncta forent, dignos tanta virtutis honores,
Dignaq; magnarum tulerant fastigia rerum.

Dicite IO procures, die Gens VOMSTALLA, Triumphet!
Nec Salodorian tantundem inuoluit oris
Hæc VOMSTALLORUM memorata hic gloria: pridem
Nugræ, & magno coluit Germania plausu;
Hic dixit ciues, hic dignum Consule nomen
Obiit, atq; suos habuit Basilea vassallos.
Scilicet ista suis respondit gratia factis.

Dicite IO procures, die Gens VOMSTALLA, Triumphet!
Iam modo, iam socias intende Polymnia vires,
Vberiorum isthæc exposcunt carmina vatem.
Ecce de prædicto cantandus stemmate surgit
ille inter reliquos longe celeberrimus vnus,
ille decus generis summum decus vrbis & orbis,
ille suis factis hinc vsq; ad sidera notus,
ille parens nostri (felix Generatio!) Sponsi.
ille vrbis splendor, IOANNES ille IACOBVS;
ille in quo ipsa suam fixit sapientia sedem;
ille Eques, ille sue Quæstor, vexillifer, vrbis;
ille parens nostri (succesio prospera.) Sponsi
ille, in quem miro miserrunt ordine VIRI,
Quicquid in hoc mundo votis communibus omnes
Exoptant Homines, quicquid facit esse beatos,
Et genus, & titulos & opes sine crimine partas;
Cunctorumq; caput, firmatam Pallade mentem
ille parens nostri (iam Musæ applaudite.) Sponsi
Qui vel mille alijs tanto præit ordine maior
Quantum lenta salix pallenti cedit olivæ
Paniceusq; humilis quantum Saluica rosetis

Nam nec prisca suo fultus sparta Lycurgo
Ipsaq; vix talem spectarunt Castra Solonem
Atica, sublimes iactantia Palladis arcis
Vt sua VOMSTALLO florebat patria, quem sic
Suspexere homines ceu quondam Delphica tellus
Abdita suspexit reddentem Oracula Phœbum;
Cuius facta meis si sperem dicere metris,
Promptius imponam glaciali velion ossa.

Dixere atq; vno clamant hæc pendera regni
Vnum hunc Atlantem lapsuri pondera regni
Seruasse, & firmo retulisse in pristina tergo.
Dixere unanimes, quos nouit Patria, Ciues,
Non sic centeni pastorem luminis Argum,

Non sic, quem geminâ mirantur imagine lanum
Tæt potuisse simul vitare, aut cernere casus:
Nec tot centenis vidisse, quot ille duobus
vidit luminibus: tantis radicibus hæsit,
Tamq; sibi quadram natia est SAPIENTIA sedem:
Prouidus ipse suo cesseret lumine Lynceus.
Vnde, peregrinis quoties Legatio terras
Persicienda fuit, quoties vel patria Gentis,
Vel venerandorum posebant fœdera Regum,
Vno hoc præcipue stabant sub Iudice lites.

Audit, & magno hunc mirata est Gallia plausu;
Audit Ausonia Romana potentia terras;
Audit ipse pater triplicem qui fronte coronatus,
Soluentemq; gerit terrarum vincula clauis:
Audit & tanta miratus fulmina lingue
Insuper, formæq; Vrbis, formæq; loquentis
inmemor, Eloquenti summum se audire parentem
Credidit, & prima finxit sibi tempora Roma,
Tempora, quæis dominam regnauit Tullius Urbem:
Tanta perorantem rexit sacundia linguam.
Audit hoc etiam superis qui præfidei oris
Iuppiter, & dubius Diuinus, Hominem nunc vocaret,
(Altiis humanis dum spectat viribus omen.)
Inuidus ipse Homini celestem traxit ad aulam,
Et tanta patrios spoliavit luce penates.

Sed fallor, tamq; ipse mihi noua somnia fingor,
Non abiit perisse nequit, post funera viuit;
Vixit, & ecce nouis splendet Vomitallus in armis,
Quemq; obijisse putes iam nunc quoq; viuere dices.
Dicite IO procures, die Gens Vomitalla, Triumphet!
Ecquidem tanti spirans GENITORIS imago
Praesensq; aliud, quam, quam vnum in prole parentem
Vixit, & hoc vno nescit non viuere Nato:
Nec solum Nomen, cum Nominis viuit & omen.
Quenam etenim Natu decorant munera patrem?
Quis nitor eloqui? Quæ vis? Quæ gratia lingue
Quæ vultus grauitas? vel quanam summa bonorum?
Quæ non in nostro spectes pulchescere SPONSUS?
Vixit & hoc vno nescit non viuere Nato,
At quænam hic NATVS? sibi vobis aqua parenti
Cuncta patri similis, Fortuna, Nominis, Rebus,
Ille celebrandus praesenti Carmine SPONSVS
Qui genus & natos ad quævis maxima Fratres
Sic ornat, Trinitatem ceu lux Phœbea Sororem.

Vix poterat geminas audire & reddere voces
Cum pia cura patris studio virtutis & artis
Erudiendum illam tenero mandauit ab euo,
Vt primo imbutus dñiceps spiraret odorem.
Sed generosa animi, nullusq; obnoxia frenis
Ipsa sibi stimulum parit ad sublimia virtutis:
Nem præfusa sequens patrijs vestigia plantis
Anteuolat Comites, linqvit post terga sodales,
Nec solum parere Patri, parere Magistris
Sufficit: ecce animum maioribus applicat oris
Et superare Patrem studet, & superare Magistros
Ni Patre maiorem facer ignorasset Apollo.
Atens tanto bene digna viro, mens proxima celo.
Nec verò solis placuit stipendia Musis
Fecisse, & blandas tantum coluisse Camænas
Altiis ascendit facundæ copia mentis.
Namq; flagitico certantem in puluere vidit
Disciplinarum populosa LYRETIA mater
Vidit & egregias, quascunq; amplectitur artes,
Vno huius stabilem posuisse in pectore sedem
Fassa fuit, mores, doctrinam, Idioma, Leges
Videre, & Latij, quod vidit Gallia campi
Scilicet ista docent verum distinguere falsum.

Non contentus istis, quid enim permittit inausum
Ingenij vbertas? patrios imitatur ut actus
Pallade seposita, miscentem praelia Martem
Cogitat, & rutilis audeat consistit in armis
Atles & Helueticum munitum nomine signum
Ostentans Gallas innadit Militæ terras,
Defensurus ibi IVSTI sacra LILIA REGIS
Pulsurus reprobos, motasq; à Numinis Scelâs.

Nec tantum humanis indicta hæc praelia Gallis,
Aura ipsos inter surgunt certamina Divos,
Nam cum tanta virum decorasset munera, cuncti
Concertant superi, nec habent modo praelia finem.
Vidisses dubio certantia Numina bello,
Hinc Martem, hinc celi mulcentem sidera Phœbum
Et cum Mercurio constantem in lite Atternam,
Quisq; ait esse suum (bella, horrida bella! Clientem:
Quisq; refert dotes: primus procepsit Apollo
Doctrinam iactans, iactans quas attigit Arctos:
Mercurius, linguam, laudant praelia Maiores,
Factaq; produxit, demum sapientia Pallas:
Omnibus idem ardor: nec adhuc reor esse direptam
(Nec ionis ipsius data sit sententia) litem.
Quid terra facerent, audent cum talia tali?

Quid? rent (tantis auctum virtutibus omnes
Suspiciunt ciues, hominemq; ad maxima natum
Conscriptos inter mandant consistere patres.

O qua dexteritas, quamam hic in rebus agendis
Emicuit grauitas? ait una voce Senatus,
Conclamant ciues, testatur Curia, tamq;
Magnarum toties commissio credita rerum,
Vno hoc subiecto patrias requiescere dotes,
Et portum simul esse bonis, scopulumq; nocenti.
Quin igitur clamas, o Gens antiqua, Triumphet!
Sed modo seposito Martis paulisper & Arctis
Nominis, leta parat festina gaudia ceda,
Nec modo vult tudec, nec vult modo miles haberi
(Tempus vtrig, suum.) gaudet iam nomine SPONSUS,
Solum Hymenæe tuas iam nunc consistit ad aras.
Ergo HYMENÆE faue, nostrumq; amplectere SPONSVM.

Quarta quibus lustris est iam superaddita bruma,
Cum de iuuitis, quæis præfidei IVETIA, terris
(IVETIA cui sacrum fecit BASILEIA Nomen.)
Prima habuit Sponsam magna de stirpe REMONDSTEIN;
Quæ quoniam nuper celestibus addita Nymphis
Deseruit terras, viduamq; uxorē maritum
Esse dedit, fato iam prosperiore secundas
Aggreditur tædæ, CASTELLVM nobile saxo
Iungere fert animus, non inferiora secutus.
Scilicet ista viri sapientis tesseræ, Castrum
Ædificare supra firmate robora vetæ.
At quanam tanto coniunx iungenda Marito?
Virgo est, ante alias lectissima mille Puellas;
Virgo est, cui celebris, cælog, affinis origo
Maiores pictos numeroso marmore vultus
Monstrat, & à clavo deriuat nomina CASTRO;
Purpureas imitata Rosas cunctisq; resurgens
Quæ spectare vlla potest in Virgine, domus.
Virgo est, & quali quantog, a stemmate virgo?
Centum annos numera, rursusq; euoluit centum,
Nec tamen ad capta venies primordia Gentis:
Virgo est, & SPONSUS est, lecto lectissima SPONSUS
Atq; HELENÆ est, Helenæ longe præstantior illa,
Quæ iactat geminos caelestia sidera Frates,
Quamuis Nata Iouis, quamuis sit Filia Lede.

O quantis curis, quantisq; ambagibus vnam
Quæsit hanc HELENAM? cerè nec laxa, nec ignes,
Nec tela, aut rapidis tempestas horrida nimbus,
Nulla vie asperitas, non celsi culmina IVRÆ,
Nec Laberynt heis metuenda vallibus ora
Nullaq; ni forsitan ruituri, iniuria cali
Mutarunt animum, vixit tua, SPONSUS, cupido,
Vixit amor, poruistq; istis superesse periculis.

Desinat ergo sua iactare Amaryllidis ignes
Tityrus, & veteres taceant monumenta Lacenas;
Splendidior præficus surgit Neonympha Lacenis.
Quinigitur Sponsaq; HELENÆ, Sponsaq; IACOBO
Plaudamus, atq; vna clamamus voce Triumphet!
Fare age, quisq; ung, es, nostrisq; applaudo SPONSIS;
Fare age, dic vna SALODORYM voce, Triumphet!

Et tu præ reliquis spero gratissima Patri
Gens VOMSTALLORVM lato cape gaudia plausu,
Deme supercilio, si quæ fuit indita, nubem;
Ecce tui generis decus, & tua gloria SPONSVS
Tristitia quaq; leuat, festinus omnia mulcet
Lætijs, nullas tollerant hæc gaudia nubes.

Tu quoq; SCHENCKHIADVM Gens o clarissima, longo
Quam Basilerensis suscepit tempore MITRA
Officijs dignata suis, dignatag, rerum
Imperijs, letum hoc ad pristina fœdera fœdus
Adjice, dum proprio videas & sanguine Natos
Et Salodoriane promptos, & PRINCIPIS Aula
Officijs seruire suis, inceptaq; pridem
Et renouare nouis, augereq; fœdera pactis.

Et quid nostra aliud posim exposcere vota?
Viuat, & o viuat CASTELLVM, iam modo tanto
Iungendum STABULO; viuat cum Coniuge Coniunx,
Cum CASTRO STABVLVM; Sponsiq; & patria Sponsa
Viuat, & ætherium seros transmittat ad axem.

Tanta igitur cum sit virtus viriug, quis olim
(O Superi!) fructus? quantum hac ex arbore germen
Proueniet? Superant horum præfagia mentem,
Credibile est, dignasq; DIIS, dignosq; DEABVS
Largitura isthæc nobis connubia fructus.

Tu modo, qui tantis, HYMEN ter Maxime, Tedis
Auctor es, optatos Thalami felices honores
Concede, & placido coniunctos respice vultu,
Dexter ades capitis, per te sit fertile CASTRVM,
Et multam Prolem, multosq; ex prole Nepotes
Oppressi senio videant sua Fulcra Parentes.

Dicite nunc procures, die vtrag, turba, Triumphet!
GAVDentesq; vno novis sponsam exultate Choreis.

THE NEW YORK AND ALBANY RAILROAD

STATIONERS AND PRINTERS

COMMUNICATIONS

AND ALL OTHER BUSINESS

RELATIVE TO THE RAILROAD

SHOULD BE SENT TO THE

MANAGER OF THE RAILROAD

AT ALBANY, N. Y.

OR TO THE GENERAL

>MANAGER OF THE RAILROAD

AT NEW YORK, N. Y.

FOR FURTHER INFORMATION

SEE THE RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

AND ALBANY RAILROAD

